Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Sci confessores fatentur se de tot erumnis seculi · di miseratione liberatos · agunt q· gratias · quod non sunt decepti a persecutorib, · sed eorū insidiis contritis erepti ⁊

NISI ÷ QUIA: dn̄s erat in nobis dicat nunc israhel · nisi ÷ quia: dn̄s erat in nobis ⁊

Cum ex surgerent homines in nos · forte uiuos deglutissent nos ⁊

Cum irasceretur furor eorum in nos · forsitan aqua absorbuisset nos ⁊

Torrentem ꝑtransiuit anima nr̄a · forsitan pertransisset anima nr̄a aquā intolerabilē ⁊

Benedictus dn̄s · qui non dedit nos in captionem den

Cum insurgerent · idest homines scelerati, Nam quod dicit uiuos deglutissent nos · humana consuetudo non est · uiuos deglutire · Sed uiui deglutimur · cum in hereticas prauitates · aut in foueam culparum demergimur ⁊ quod scīs uiris potuisset euenire · nisi eos uirtus superna liberasset ⁊

Torrens est mors carnis · perquam sci martyres transeuntes · in refrigerium sunt introducti ⁊ Intollerabilis aqua dr̄ · quando nr̄a infirmitas peccatorum gurgites · criminumq· tempestates tolerare n̄ ualet · nisi cū effugerit ad defensionē xp̄i ⁊ fiunt enim tolerabilia · cū dn̄s in nob habitat ⁊ Iunc enī nec error subripit · nec luxuria trahit · nec sup̄bia uentosa p̄ualet ⁊

Vox scōrum martyrū in dn̄o exultantium · dicentium se nullatenus potuisse · inflictu pericula superare · nisi quod dn̄s erat in illis ⁊ Dicat nunc israhel ⁊ haec enim caritas siquid uni prosperum accidit · Omnes sibi prouenisse congaudeant ⁊ Rursum siquid contrarium · uniuersi sibi accidisse condoleant ⁊

Cum irasceretur dix̄ · quia causas iustissimas non habebant ⁊ Ira enim et inuidia · iudicio carent · dum uoluntates suas mente praecipiti subsecunt ⁊ aqua hic iniquos populos uel paganos significat ⁊ hi seruos dī absorbere cupiebant · cum in suas culturas eos perducere nitebantur ⁊

Dentes hic significant numerositatem uiciorum · a quibus ne capiamur · gratia dī liberemur ⁊